

## AESOPVS TRAGOEDVS.

**E**T ne artifices factis & professione si-  
millimos stilo separem, Aesopus &  
xitate, & arte, & opibus, & gloria, & ami-  
citia Ciceronis, postremò rebus omni-  
bus Roscio penè par fuit, nisi quod arte  
scenica librum quem me legisse memi-  
nerim non scripsit, studio certè non in-  
ferior, ambos denique ad audiendum vi-  
dendumque Hortensium & eloquio cla-  
rum, & multo maximè motu corporis  
conspicuum, imitandi studio similem cu-  
riam frequentasse notum est. Sed iam sa-  
tis multa de nostris: hinc mihi procùl ab  
his littoribus nauigandum, & in amplis-  
simum studiorum pelagus prora aecetan-  
da est,

## EXTERNI.

## ARCHIMEDES.

**Q**VENAM verò ab Italìæ finibus di-  
gresso prior tellus occurrit Trina-  
cria, quæ ipsa olim (vt aiunt) Italìæ pare-  
erat, nunc Italìæ Insula est. Libet ergo  
orationis mœæ cymbam, in portu Syra-  
cuso parumper alligare, dum salutato  
Archimedē, proficiscor in Græciam: hic  
Syracusis ortus, illic vixit, illic obiit, quæ  
ges licet patriæ terminis arctatum indi-